13. Ut in domo dei corpora mortuorum non sepeliantur nisi tantum sacerdotum et religiosorum virorum.

Rezeption: Cap. Frisingensia III c. 30 (MGH Capit. episc. 3 S. 229).

14. Ut presbiteri curas[h] seculares[h] nullatenus exerceant, id est, ut neque iudices fiant neque maiores.

Rezeption: Benedictus Levita I 174 (MGH LL 2/2 S. 55).

15. Ut presbiteri, [qui] in titulis consecrentur, secundum canones, antequam ordinentur, promissiones stabilitatis loci illius faciant[i].

Rezeption: Benedictus Levita I 175 (MGH LL 2/2 S. 55).

16. De fugitivis presbiteris vel clericis canonica auctoritas observetur, id est, ut nemo nostrum clericum alterius parrochie[k] ordinet neque ordinatum suscipiat, nisi permissione sui pontificis. Et hoc considerandum est, quid de talibus faciendum sit.

Rezeption: Benedictus Levita I 177 (MGH LL 2/2 S. 55).

17. Et hoc cavendum est, ut presbiteri aut diacones sive subdiacones arma portare non presumant neque venationes exercere.

Rezeption: Benedictus Levita I 179 (MGH LL 2/2 S. 55).

18. Ut nullus clericorum, nullus fidelium laicorum usuras aliquas exigat.

Rezeption: -

19. Similiter neque presbiteri neque diacones vel cęteri ęcclesię ministri *tabernas bibendi* et *edendi non ingredientur nisi* itineris *vel peregrinationis* causa.

Urquelle: Registri ecclesiae Carthaginensis excerpta c. 41 (ed. Charles Munier, Concilia Africae a. 345 – a. 529 [CC 149] 1974) S. 185 bzw. Breviarium Hipponense c. 26 (ebd. S. 40).

Rezeption: -

20. Ut nulli presbiterorum in domibus oblationes offerre presumant.

Rezeption: Ben. Lev. I 178 (MGH LL 2/2 S. 55).

---

h) cura secularia *D.* i) fiant *D.* k) parrochia *D.*